



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Commendatori & fratribus domus militiae Templi sitae apud Montem  
Pessulanum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20006**

ris rigore possemus, necessitatem tamen terræ orientalis diligenter attentes, discretioni vestra per apostolica scripta mandamus & districte præcipimus quatenus à festo omnium sanctorum proximò venturo usque ad annum, quod vobis peremptio assignamus, ad respondendum sufficenter instructi, nostro vos conspectui præsentetis per sufficienes & idoneos responsales. Quod si nec ad præsentiam nostram acceleritis termino constituto, nec transactioni steteritis quæ per felicis recordationis Eugenium Papam prædecessorem nostrum inter easdem Ecclesiæ intercessit, vel alias cum venerabili fratre nostro Patriarcha & dilectis filiis Canonicis Antiocheni, curaveritis convenire, nos, concedente Domino, sicut justum fuerit, procedemus. Datum Laterani III. Nonas Ianuarij.

*FRATRIBVS MILITIAE  
Templi.*

Epist. 506.  
Centorum bo-  
num empio-  
nem auctorita-  
te apostolica  
confirmat.

Vtis petentium &c. usque ad verbum assensu, stagnum de Cucullo cum omnibus pertinentiis suis, & totum mansum de Granoliis, quæ à Fulcrando Magalonensi Ecclesiæ Præposito de consilio & assensu venerabilis fratris nostri Magaloneni. Episcopi rationabiliter comparasti, sicut ea justè ac pacificè possidetis, & in venditionis scripto continentur, devotioni vestrae auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti pagina communimus. Statuentes ut nulli &c. Datum Laterani IV. Nonas Ianuarij.

*C O M M E N D A T O R I  
& fratribus domus militiae Templi sitæ  
apud Montem Pessulanum.*

Epist. 507.  
Tractionem  
inter ipsos &  
Præpositum ac-  
que Capitulum  
Magalonem,  
olim in tam  
confundit.

A quæ de mandato sedis apostolice concordia vel judicio statuuntur, firma debent & illibata consistere, & ne in recidivæ contentionis scrupulum relabantur, apostolico convenit patrocinio communiri. Sanè cùm controversiam quæ inter vos & dilectos filios G. Præpositum & Capitulum Magalonem, super diversis capitulis vertebatur, bona memoriae Celestinus Papa prædecessor noster venerabili fratri nostro Archiepiscopo Arelatensi commiserit fine canonico decidendam, ipse, tanquam vir providus & discretus, partibus in sua præfencia constitutis, communicato multorum consilio, controversiam ipsam ami-

cibili compositione sopivit. Nos itaque ad exemplar ejusdem prædecessoris nostri, compositionem ipsam, sicut ipsa sine pravitate facta est & ab utraque parte recepta, & in instrumento authentico exinde confecto plenius continetur, ratam habentes & firmam, eam auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti pagina communimus. Et ut majorem obtineat firmatatem, ipsam de verbo ad verbum huic præsenti paginæ duximus inferendam, cujus tenor talis est. IN N O M I N E Domini nostri Iesu Christi. Anno incarnationis ejusdem MCXCVII. mense Aprili. Cùm omne profuturae rei stabilimentum, ne transiente tempore evanescat, literarum oporteat testimonio præsignari, præsentium & futurorum memoriae per hujus præsentis paginæ instrumentum dignum fuit demonstrare quod causa quæ inter Guidonem Præpositum & Capitulum Magalonem, ex una parte, & P. de Capræpina Commendatorem domus militiae Templi sitæ apud Montem Pessulanum & fratres ejusdem domus ex altera parte, super multis & variis capitulis, videlicet super oblationibus, vigilarum perceptionibus, cœmiterij obventionibus, decimis, Ecclesiarum novarum constructionibus, possessionibus, damnis, injuriis, & invasionibus, & aliis multis querelis, coram Domino Hymberio Dei gratia Archiepiscopo Arelaten. à Domino Celestino bonæ memorie Papa tertio delegato hinc inde vertebatur, post multas & varias contentiones & altercationes ab eodem Archiepiscopo amicibili compositione de utriusque partis assensu, & auctoritate Deodati de Breifaco tunc temporis Magistri domorum militiae Templi in Narbonen. & Arelaten. & aliis provinciis, in hunc modum fuit decisæ. Prædictus itaque Archiepiscopus, assidentibus ei magistro Michaële Arelaten. Sacrista, P. Alberto causidico Aquensi, magistro Nicolao, R. de Montiliis, P. Petito, communicato eorum & utriusque partis consilio definitivit quod de cetero Prior sancti Firmini & Canonici Magalonem. tertiam partem omnium oblationum denariorum, candelarum, panis, vini, & aliorum, cujuscunque modi sint, sive sint oblate ad manum sacerdotis, sive ad altare in Ecclesia domus prædictæ, integrè & sine diminutione percipient. In præcipuis ve-

Oo ij

» rō solennitatibus, scilicet Natalis Do-  
 » mini, beati Stephani, beati Iohannis Evan-  
 » gelistæ, Epiphaniæ, Ramis palmarum,  
 » sancti Paschæ, Ascensionis, Pentecostes,  
 » Assumptionis & Purificationis beatæ Ma-  
 » riaæ, & omnium sanctorum, medietatem  
 » percipient. In candelis autem vigiliarum  
 » nihil accipiant. In omnibus vero cæm-  
 » terij obventionibus, & mortuorum le-  
 » gatis, seu reliquiis, cum apud eos elege-  
 » rent sepulturam, omnium rerum tam  
 » mobilium quam immobilium vel se mo-  
 » ventium, cujuscunque modi vel gene-  
 » ris sint, Prior & Canonici Magalonen.  
 » tertiam partem integrè percipient, ex-  
 » ceptis armis & armaturis & equis. Si ve-  
 » rō decedens, pro armis vel equis emen-  
 » dis pecuniam vel terram vel aliam quam-  
 » liber rem prædictæ domui legaverit, vel  
 » reliquerit, in his omnibus, & etiam in  
 » obventionibus illorum quibus infirman-  
 » tibus Templarij signum suæ religionis im-  
 » posuerint, pallium scilicet cum cruce,  
 » vel aliud, nihilominus dicti Canonici ter-  
 » tiam partem percipient; nisi tales fue-  
 » rent qui voto solenni & perpetuo cum  
 » voluntate morandi, si evaserint, se do-  
 » mui Templi pro fratribus tradiderint,  
 » & qui ad domum sine alterius personæ  
 » sustentaculo pedites vel equites venire  
 » poterunt. In quorum obventionibus,  
 » etiamsi in illis ægritudinibus decesserint,  
 » & in obventionibus familiae domus Tem-  
 » pli ibi morantis, dicti Canonici nihil ac-  
 » cipient. Decimas quoque totius bladi &  
 » leguminum, cujuscunque generis sint,  
 » & vini in integrum in pace & sine con-  
 » tradictione Canonici Magalonen. perci-  
 » piant; & his contenti, nihil aliud quære-  
 » re possint. In decimis vero novalium, in  
 » hortis, & arboribus, & pratibus, & anima-  
 » lium nutrimentis, cujuscunque generis  
 » sint, dicti Canonici nihil percipient. Item  
 » diffinivit Dominus Archiepiscopus cum  
 » assessoribus prædictis, quod Templarij  
 » apud Lunellum vel in tota dioceſi Ma-  
 » galonensi Ecclesiam vel Oratorium non  
 » construant, nec cæmiterium habeant si-  
 » ne voluntate Episcopi & assensu Eccle-  
 » siae Magalonensis, & illud Oratorium,  
 » quod apud Lunellum incepturn esse vi-  
 » debatur, omnino removeatur. Posseſ-  
 » siones vero stagni de Cucullo cum per-  
 » tinentiis suis, & mansum de Granolet  
 » cum pertinentiis suis, quæ quondam  
 » emerunt à Fulcrando quondam Præpo-  
 » sito Magalonensi, Templarij sine in-

quietatione & vexatione aliqua in pace  
 » habeant & possideant. De damnis datis  
 » super abductione pecorum & animalium  
 » domus militia templi à Canonicis Ma-  
 » galonensis, & calis damnis, injuriis, &  
 » invasionibus hinc inde illatis, bonum  
 » finem & mutuam remissionem inter fe-  
 » tam Templariorum quam Canonicorum Ma-  
 » galonens. fecerunt. Præterea excommunicati  
 » vel interdictos Magalonens. Ecclesiæ  
 » ad Ecclesiam vel sepulturam Templa-  
 » riorum nullo modo recipient. Etsi Episcopus  
 » vel Prior parochialis Ecclesiæ populum  
 » ab aliis Ecclesiis convocare decreverit,  
 » tunc Templariorum ad Ecclesiæ officium nul-  
 » lum admittant, donec alia Ecclesiæ po-  
 » pulum recipient. Et ego G. Magalonensis  
 » Prepositus, & ego P. de Agrifolio Ar-  
 » chidiaconus, & ego Michaël, & ego G.  
 » de Altiniaco, voluntate & assensu Maga-  
 » lonens. Capituli missi, omnia supradicta in  
 » perpetuum valitudo laudamus, & confir-  
 » manmus, & in proximo generali Capitu-  
 » lo Magalonensi, laudari & confirmari fa-  
 » ciemus, & hoc idem pro posse nostro fa-  
 » ciemus à Summo Pontifice confirmari.  
 » Et ego frater Deodatus de Breisaco Ma-  
 » gister domorum templi in Narbonen. &  
 » Arelaten, & aliis provinciis, & ego frater  
 » P. de Caprespina Commendator domus  
 » Montispessulan, & ego frater G. de So-  
 » lario Commendator domus Arelatensis,  
 » voluntate & assensu fratris Pontij de Ri-  
 » gaudo Magistri in citramarinis partibus,  
 » omnia supradicta in perpetuum valitu-  
 » ralaudamus, & confirmamus, & in pro-  
 » ximo generali Capitulo templi ea lauda-  
 » ri & confirmari faciemus, & hoc idem  
 » pro posse nostro faciemus à Summo Pon-  
 » tifice confirmari. Acta apud Arelatum  
 » in palatio Domini Archiepiscopi, in pre-  
 » sentia & testimonio P. Malaura Caput-  
 » schola, Privati Vestiarij, W. Heliae In-  
 » firmarij, G. Enguirâni Eleemosynarij, G.  
 » de Berra, P. Hygnardi, B. de Monins, Rost.  
 » Capellani Domini Archiepiscopi, Pon.  
 » Prioris Capellani ejusdem, Hysnardi de  
 » sancto Amantio, Michaëlis Clerici Do-  
 » mini Archiepiscopi, B. de Olivario, Alde-  
 » bertij de Novis, G. Raymundi de Mol. P.  
 » Bruni, Pont. scutarij, Franceschi, Jacobi,  
 » Columbi Notarij Regis Aragonen. P. No-  
 » tarij Domini Archiepiscopi, qui scriptit  
 » hæc.] Nulli ergo &c. Datum Laterani II.  
 » Kalendas Ianuarij.

